Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift

talib; specialiter legimus impletum. Quo autem generaliter hec pa
rabola tendat. ipse secundum matheum saluator exposuit. ubi ea
terminata mox subdidit dicens. Sic erit et generationi huic
pessime. id est quod de uno quolibet specialiter geri solere nar
rauit. in tota hoc generaliter huius populi gente geri non desinit.
1 Inmundus quippe spiritus exiuit a iudeis quando acceperunt legem.
et ambulauit per loca arida requirens sibi requiem. Expulsus
uidelicet a iudeis ambulauit per gentium solitudines. quem cum
postea domino credidissent. ille non inuento loco in nationibus
dixit. Reuertar ad domum meam pristinam unde exiui. habebo
iudeos quos ante dimiseram. Et ueniens inuenit uacantem.
scopis mundatam. Vacabat enim templum iudeorum. et xpm ho
spitem non habebat dicentem. dimittetur uobis domus uestra de
serta. Quia igitur dii et angeloxpsidia non habebant. et ornati
erant superfluis obseruationibus pharisaeorum reuertitur ad eos
diabolus. et septenario sibi numero demonum addito habi
tat pristinam domum. et fiunt posteriora illi populi peiora pri
oribus. Maiore enim numero demonum nunc possidentur
blasphemantes in synagogis suis xpm ihm quem in egypto
possessi fuerant ante legis nouitatem. qa aliud eum uenturum
non credere. aliud eum non suscepisse qui uenerit. Septenarium autem
numerum adiunctum diabolo uel propter sabbatum intelligere uel
propter numerum spiritus sancti. ut quomodo in isaia superuirgam de radice
iesse et florem qui de radice ascendit septem spiritus uirtutum des
cendisse narrantur. ita et econtrario uiciorum numerus in
diabolo consecratus sit. Factum est autem cum hec diceret. extol
lens uocem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus uenter
qui te portauit. et ubera que suxisti. Magne deuotionis